

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

163. De his qui sanctimoniales repiunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 271
pllices eorum anathematizentur, & raptore
sine spe conjugij perpetuò maneant.

De eadem re. *Ex epistola Symmachi Pape.*

CLXII. Raptore igitur viduarum vel Symmach.
virginum ob immanitatem tanti facinoris de- epist. 5. c. 4.
testamur, illos vehementius persequendo qui Haligar. lib.
sacras virgines vel volentes vel invitatas matri- 4. c. 16.
monio suo sociare tentaverint. Quos pro tam Burchard. lib.
* nefandissimi criminis atrocitate à commu- 9. c. 34.
nione suspensi præcipimus.

* Ita etiam in
vet. codice re-
gio.

De his qui sanctimoniales rapiunt. *Ex Con-*
cilio supradicto, cap. xvii.

CLXIII. Qui sanctimoniales virgines Concil. Meld.
vel viduas rapiunt, & progressu etiam criminis c. 67.
in conjugium sumunt, publicæ pœnitentiæ Burchard. lib.
subigantur. Uterque autem sine ulla spe uxo- 8. c. 52.
riæ copulationis perenniter maneant. Si vero,
quod absit, conjugia iterare præsumperint,
acriori subdantur vindictæ, & amplius pro-
pellantur. Quod si forte obedire monitis salu-
taribus noluerint, anathematizentur.

In editione Helmstadiensi legitur, publi-
cæ pœnitentiæ tradantur & ad habitum re-
ligionis redire cogantur. Uterque &c. Co-
dices verò Parisiensis leffio ea est quam præ-
fert hæc nostra editio. Utroque autem muti-
lus est hic locus: qui sic supplendus est ex
editione Sirmondi & veteri codice nostro: pu-
blicæ pœnitentiæ, juxta modum quem
præviderit Episcopus, subigantur. Ipsæ
verò locis congruis pœnitentiæ retrudan-
tur, & ad habitum &c.